



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 30. Veneti absolvuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

tra Cardinali Joanni Choletto suo in Fran- Sæcul. XIII.  
cia Legato nova mandata dedit, ut Ec- A.C. 1286.  
clesiasticos Alphonsi fautores privaret  
beneficiorum fructibus, censurisque pu-  
niret.

§. XXX.

*Veneti absolvuntur.*

Sedente ad clavum Ecclesiæ Martino Rayn. 1285.  
IV Bernardus Cardinalis Episcopus n. 63.  
Portueniis & apostolicæ Sedis Legatus  
Venetias venerat, ut curaret armandam  
ibi classem, qua rebelles Siculi ad offi-  
cium erga Regem Carolum reduceren-  
tur. At Veneti hoc recusabant obtentu-  
antiquæ legis, quæ vetaret, ne quis ipso-  
rum arma ferret contra ullum Principem  
aut Rempublicam sine permisso Ducis,  
majorisque ac minoris Senatus: eam-  
que legem præsente Legato renovabant.  
Id ille pro injuria sumens perhibebat  
Venetos hoc Regi Carolo subsidium de-  
negando Siculorum Petrique Arragonii  
partes suscepisse, & quod consequeretur,  
incurrisse in censuras eorum fautoribus  
irrogatas: idcirco Venetias interdicto  
perculit. Honorio in summam evecto  
sedem tres Venetorum Legati exposue-  
re hanc sanctionem veterem non esse fa-  
ctam per contemptum Ecclesiæ Roma-  
næ; sed ad conservandam Rempubli-  
cam,

Sæcul. XIII. A.C. 1286. cam, & bella evitandi gratia. Tum Pa-  
pa Venetiarum Episcopum jussit inter-  
dictum tollere ea conditione, ut Veneti  
contra rationes Ecclesiæ Romanæ ac  
hæredum Regis Caroli nullam cauſæ. Sæ-  
culæ partem caperent. Scribebat Augusti 1285.

**Rayn. 1286.** Sed Papa post hæc comperit, Ducem  
ac Rempublicam Venetam graves sum-  
pissime pcenas de civibus illis, qui rogante  
Legato, sed sine ipsorum consensu Regi  
Carolo suppetias iissent. Quapropter E-  
piscopo Veneto aliam per epistolam præ-  
cepit, ne interdictum refrigeret, prius  
quam Ducem ac Senatum monuisse, et  
primum, ut declararent se decretum, de  
quo sermo esset, nec ad fraudem Eccle-  
siæ aut Regi Carolo faciendam, nec in  
gratiam Petri Arragonii edixisse; deinde,  
ut declarationem istam constitutio-  
num suarum libro insererent; postremo,  
ut sententias in fautores Regis Caroli  
latas revocarent, iisque poenas remitte-  
rent. Paruere Veneti, & ad Papam duos  
Fratres Prædicatores, Minoresque toti-  
dem miserunt, qui testarentur ipsius iussi  
fuisse peracta. Tum Episcopo Veneto  
imperavit per litteras, ut interdictum ab-  
rogaret. Dabat 18 Martii an. 1286.

a. 18.

§. XXXI.